



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 47. Joannis Merceri obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

num Ecclesiæ reversus obiit: Calvinus Sæcul. XVI.  
vero illum, postquam ad veram Majo- A.C. 1570.  
rum suorum religionem redierat, non-  
nisi dicteriis insequebatur,

§. XLVII.

*Joannis Merceri obitus.*

Eodem anno millesimo quingentesimo Thuan. l. 47.  
septuagesimo Joannes Mercerus ex Dupin. l. c.  
nobili Urfeorum familia ortus naturæ t. 16. p. 108.  
debitum solvit. Hic primo jurispru-  
dentiae incumbens magnos fecerat pro-  
gressus, ait postmodum profanæ hujus  
scientiae tædio affectus sacris literis ope-  
ram navare cœperat, non sine maxi-  
mo fructu, unde politioribus linguis  
Græca, hebraica, Chaldaica, & Latina  
imbutus mortuo Vatablo, seu Watbleo  
Regius linguæ hebraicæ Professor Pa-  
risis nominabatur, quo munere Anno  
Christi millesimo quingentesimo qua-  
dragesimo sexto cum magna nominis  
sui laude defunctus est: inde vero re-  
cedens Venetias contendit, ibidem cum  
Hebræis collatus, reversus autem  
Ucetiæ Anno post Christum natum mil-  
lesimo quingentesimo septuagesimo de-  
cessit. Edidit plures libros commen-  
tarios in sacras Paginas, præcipue vero  
in forma majori Anno reparatæ salutis  
millesimo quingentesimo nonagesimo  
octavo typis prodit ejus Commentarius  
in

**Sæcul. XVI.** in Genesin, atque anno millesimo quin-  
**A.C. 1570.** gentesimo sexagesimo quarto illius ad-  
 notationes in librum Ruth, ejusque com-  
 mentarii in Job circa annum Domini  
 millesimum quingentesimum septuage-  
 sum tertium primam lucem aspexere  
 præter alios libros in Salomonis Pro-  
 verbia, Ecclesiasten, & Cantica Canticorum  
 editos: insuper concinnabat etiam  
 Harmoniam in duos hosce postremos  
 facri Codicis libros, necnon Anno Christi  
 millesimo quingentesimo septuagesimo  
 tertio Commentarios in Joel, Amos,  
 Abdiam, & Jonam foliis semiſſibus ed-  
 dit præter plura alia opera tam de Ju-  
 risprudentia, quam de aliis argumen-  
 tis. Ceterum Joannes Filius erat Ioseph  
 Merceri, qui pariter in Republica lite-  
 raria magnum sibi nomen compa-  
 verat.

### §. XLVIII.

*Joannis Brentii Lutherani interitus.*

*Thuan. l. 47.* *Sander hæ-* **H**aud silentio prætereundus videtur  
*ref. 205.* celebris quidam vir ex Protestan-  
*Flor. Rem.* tium grege hoc item anno defunctus,  
*l. 2. c. 14.* eratque is Joannes Brentius, seu Brent-  
*num. 4.* zæn, de quo jam ſæpius sermo occu-  
*Osbuphr.* Chron. an. rebat. Hic fidissimus Lutheri Discipu-  
*1549.* *Melchior* lus Veilæ quodam Sueviæ oppido na-  
*Adam in* *vita Juris-* *tus a Bucero, & Melanchtone anno*  
*conf.* *ætatis suæ decimo quarto Heidelber-*  
*gam*